



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae

Cvm Variis Indicibvs

De Deo Effectore, Creaturarvm Omnivm Tractatvs II. De Opere Sex
Diervm, Ac Tertivs De Anima

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1622

II. An sit necessarius intellectus agens ad producendas species.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93575)

et ut recipere species per sensus, ut notum est. Illud autem est obiectum proportionatum intellectui, quod ab illo per propriam speciem potest cognoscitur, quare, &c. Atque hæc est mens D. Thomæ in loco citato, & Aristotelis 3. de Anima, textu 10. dicentis intellectum nostrum percipere quidditates sensibilibus, & cap. 7. & 8. intelligibilia à nobis ea esse, quæ phantasmatis representantur. Eadem denique est sententia communis etiam Scoti in 4. dist. 49. quæst. 11. cui non repugnat id quod ex eodem in num. 2. attulimus.

De hoc bene
author diff.
8. Metaph.
ad finem.

Dubium
ad præcedentia
reducitur.

Possit hic dubitari, quid rerum sensibilibus nomine intelligamus, an sola accidentia per se sensibilia propria, vel communia, an etiam substantiam materialem sub illis accidentibus latentem: Sed quia hoc pendet ex sequentibus, breuiter dico, dupliciter posse aliquid esse proportionatum intellectui nostro, vno modo, quia cognoscibile per propriam speciem ipsum clarè representatur, atque hoc modo sola accidentia per se sensibilia proportionari intellectui nostro. Altero modo res proportionata dicitur, quia potest quidditati cognosci ab intellectu per effectus saltem, si adæquati fuerint, hocque modo substantiam materialem esse quoque proportionatam humano intellectui, cuius doctrinæ probatio inferiùs, ut diximus, afferetur. Dices intellectus spiritualis est: ergo res materialis non potest ei fieri proportionata. Est quidem spiritualis, quia tamen potentia est formæ corporis, inde quodammodo demittitur, ut corporalibus proportionetur, at verò ratione suæ immaterialitatis vendicat, ut illa intelligat immateriali modo.

Ad 1. argumentum in
num. 1.

Ad primum argumentum respondetur intellectum humanum, & angelicum esse in eodem genere potentialium, differreque intra illud tãquam magis, minusque perfectum, ut sentit Diuus Thomas 1. part. quæst. 79. art. 8. ad primum, ac prouide in generalitate obiecti non distinguere: postulat tamen argumentum, quia ratione differant. Putant ergo nonnulli potentias has, ut potentie sunt, non differre specie, differre verò, ut proprietates sunt à diuersis essentijs manantes. Quæ distinctio etiam tradi solet de sensibus hominis, & brutorum. Estque Alberti 1. de Anima, cap. penultim. quem sequitur Caietanus. 1. part. quæst. 77. art. 3. & Ferrar. 2. contra, cap. 94. Thienensis 2. de Anima, textu 9. Sed displicet distinctio, nam potentie non sunt proprietates essentiæ, nisi ut potentie sunt: ergo si in quantum potentie non differunt specie, neque etiam in quantum proprietates differunt. Præterea rogo, ut proprietates sunt, ad quam speciem qualitatibus spectant? Ad nullam certè aliam, quàm naturalem potentiam: nulla ergo distinctio intercedit. Deinde potentie illæ, quæ potentie sunt, in accidentibus numerantur, & non in communibus: ergo in proprijs: ergo ut potentie sunt, proprietates sunt: ruit ergo allata distinctio. Denique considerando potentias illas secundum entitates suas, abstrahendoque ab emanatione ex hac vel illa essentiâ, sunt ne eiusdem speciei, an non? Si eiusdem, planè ex hoc, vel illo subiecto, non variabunt speciem: si diuersæ etiam in quantum potentie, erunt diuersæ. Itaque arbitror distinctiōnem esse nullam, sed potentias, quæ ut potentie, eiusdem sunt speciei, non differre, ut sunt proprietates.

8. De intellectu ergo angelico, & humano Scotus in 2. dist. 1. quæst. vltima, videtur sentire eiusdem esse speciei, quod certè credibile non est, ut patet ex diuerso satis modo intelligendi vtriusque: dicendum ergo differre specie, tum ex diuerso modo attingendi obiectum, aut perfectè, & simplici intuitu, aut cum discursu, & imperfectè: tum ex parte obiecti, proportionati: angelicus enim intelle-

Opinio Scoti
de consuetu-
dine intelle-
ctus angeli-
ci, & huma-
ni.
Non placet

ctus rem spiritualem, ac præcipuè propriam essentiâ, ut proportionatum obiectum sortitur: non ster verò rem materiale. Porro diuinus intellectus multo magis differt ab vtroque, cum sit ipsa Dei essentiâ, per quam intuetur vniuersa. Videntur Diuus Thomas 2. contra Gentes, cap. 9. & 1. part. quæst. 79. art. 2. & Caiet. art. 7. Inferes: ergo sensus hominis, & brutorum specie differunt: atque etiam intellectus Angelorum inter se. Verum de sensibus interioribus hominis, & brutorum, id iam superius concessimus, constatque ex magnæ eorum diuersitate: in exterioribus non tanta apparet differentia: imò eundem operandi modum præ se ferunt: atque ita Caiet. sentit lib. 2. de anima, ca. de tactu, atque alibi, & Apollinaris quæst. 4. art. 1. palàm ait non differre specie: potestque suaderi, quia sensus illi naturam animalis, ut hic, consequuntur, præsertim, quia sæpe contingit res differentes specie proprietates aliquas eiusdem speciei habere communes, quia scilicet consequuntur ex natura, in qua res illæ conueniunt, non ex ea, in qua differunt. Opinio hæc probabilis est, sed fortè verior, sensus saltem hominis differre specie à brutorum sensibus, eo quod habeant altiores, perfectioresque modum cognoscendi, ac nobilitatem quandam maiorem propter coniunctionem ad animam rationalem. Quæstio verò de intellectibus angelicis inter se alterius est loci.

Ad secundum argumentum respondetur aliter ens obiectum dici metaphysicè, & aliter intellectus: metaphysicè enim est obiectum prout significat rationem quandam abstrahentem à materia secundum esse: intellectus autem: prout omnia comprehendit, quo fit, ut ens obiectum metaphysicè distinguatur ab ente mobili: ens verò, quod obiectum est intellectus, omnia comprehendat. Ad tertium, dicunt intellectum versari circa ens, ut cognoscibile est, voluntatem versari in quantum bonum, & appetibile, atque ita distinguuntur formaliter, quod satis est in præfenti.

CAPVT II.

Virum ad productionem specierum intelligibilium admittere oporteat intellectum agentem.

Ostendimus in superioribus li. 3. cap. 1. in omni cognitione esse necessariam vniōnem obiecti cum potentia, quam coniunctionem antiqui Philosophi asserere fieri per essentiâ animæ, existimabant animam ex natura sua esse similem rebus cognitis, atque adeo sufficientem ex se ad cognoscendas illas: quam positionem Diuus Thomas satis ex eo improbat, quod licet anima sit aliquo modo similis rebus secundum conuenientiam genericam, aut analogam, non tamen secundum propriam similitudinem: id enim proprium est illimitatæ essentiæ, qualis est diuina, quia eminenter continet perfectiones omnium rerum, indeque omnium est representatiua: animæ autem essentiâ, cum sit finita, non omnia continet: nec representat: ac adeo non potest illas cognoscere: vnde supra conclusimus intellectum indigere speciebus, & similitudinibus rerum ad cognoscendum, utique necessariò spiritualibus, cum ipse intellectus eas recipiens spiritualis sit. Hinc verò oritur quæstio propolita: nam intellectus non mouetur nisi ab obiecto interius in phantasmate representato, phantasma autem materiale est: ergo non potest agere in intellectum spiritualem, spirituales species: aliud ergo principium accommodatius querendum est, quem vocant agentem intellectum.

Cuius

2
Platonis
quodque pla-
tini ex plo-
ditur ab a-
ristotele.

Primo.

Secundo.

Tertio.

Talium Pla-
tonis fun-
damentum.

3
Pari assem-
plum
et commu-
ne in qua-
sione hac.

illi refraga-
tur Duran-
dus.

4
Per assem-
plum.

Cuius certe quaestio difficultas facile solu-
retur in opinione Platonis, qui in Menone ex So-
cratis, & minorum hominum testimonijs asse-
ruit animas immortales, & omnium cognitione
pollentes fuisse creatas ante corporum formatio-
nem, sed postea in corpora demissas, obscuritate
corporis obliuisci eorum, quae scierant: deinde
vero non addiscere, sed reminisci. Haec autem
sententia passim ab Aristotele impugnatur. Vnde
in 1.3. de Anima, ponitur intellectus noster à prin-
cipio, tanquam tabula rasa, in qua nihil est depi-
ctum: imo ipse Plato videtur propriam deferuisse
sententiam in Phaedro, ubi intellectum comparat
libro, in quo sensus, & imaginatio describunt,
quasi ab illis intellectus sumat species: atque ita
esse constat ratione. Nam primo, si intellectus spe-
cies omnium rerum infusus haberet, ex se haberet
completum principium intelligendi: ergo ex vni-
us ad corpus non impediretur à tali operatione,
quia naturale est animae corpori vniri: nulla au-
tem forma impeditur à naturali sua operatione
ex statu sibi etiam naturali: imo nec à sensibus in
tali operatione penderet: nam si in prima recepti-
one specierum ab illis non dependet, non est, cur
deinde in operatione dependeat. Secundo, quia
iam organa sensuum, quae in ministerium animae
rationali data sunt, potius illam impediunt: re-
tardaret enim alligatio ad corpus animam ad o-
perationem alias sufficienter instructam. Tertio,
si haberet anima inditas species, haberet etiam
habitus illas consequentes, ergo posita quali-
bet re scibili statim haberet scientiam de illa. Con-
sequens est contra experientiam: ergo. Tandem si
Plato faceret animam à principio carere specie-
bus, ut vere caret, non alio modo addiceret scien-
tiam, & cognitionem rerum, quam nunc, cum à
Platone ponitur inditis speciebus instructa: ergo
signum euidentius est carere illis à principio. Plato
itaque ductus fuit falso principio, animam ante-
quam actuet corpus, & existere, ac non esse veram
formam corporis. Attamen ponendo, quod cer-
tissimum est, animam primo in corpore creati, ac
tanquam veram eius formam, consequens est, ut
vniri illi, atque ut eo vtatur ad suas operatio-
nes, & potissime ad intellectuales, ad quas pluri-
mum corpus deferuire potest, ministrando spe-
cies.

Constat ergo, animam sine speciebus creari, &
illas in corpore acquirere, sicque perstat difficul-
tas de modo acquirendi illas, quae coëgit Aristo-
telem, & omnes Philosophos ad asserendum esse
in nobis virtutem quandam spiritualem, quam
intellectum agentem vocant, cuius munus sit il-
lustrare phantasmata, eoque pacto efficere species
intelligibiles. Quam positionem intellectus agen-
tis Theologi omnes approbant, solus vero Duran-
dus in 1. d. 3. in 2. part. d. q. 5. irridet, & vehementer im-
pugnat, sequutus in hac Isaac quendam Narbo-
nensem, ut refert in suis conclusionibus Picus Mi-
randula. Et Durandus quidem, consequenter pro-
cedit, negant enim supra species intelligibiles, &
ideo apud illum nulla restat necessitas ponendi
intellectum agentem: quia tamen fundamentum
eius falsum est, ut vidimus supra lib. 3. cap. 2.

Conclusio certa sit, necessariam esse virtutem
spiritualem, cuius vi fiant species intelligibiles: si-
quidem effectus quidam producibiles sunt, atque
imateriales. Restat vero difficultas, quomodo
ea virtus efficiat species: constat enim non solum
illam, sed etiam phantasma in sensu interiori exi-
stens esse necessarium, & aliquomodo concurrere
ad talem productionem: nam si sola virtus spiri-
tualis id posset sine vlla omnino dependentia à
phantasmate, simul, & à principio posset efficere
species omnium rerum, neque in ea re haberet de-

Franc. Suarez de Anima.

pendentiam à sensu aliquo: cuius contrarium ex-
perientia demonstrat: est ergo certa res, phantasma
esse necessarium, & concurrere aliquo modo
ad productionem speciei. Quia vero solum illud
non est sufficiens, ut ratio facta ostendit, ideo su-
peradditur virtus spiritualis. Difficultas ergo su-
perest circa modum, quo intellectus agens, &
phantasma conueniunt ad productionem speciei.
Atque hic mire variant auctores: Caietan. 1. part.
quaest. 79. art. 3. & quaest. 85. art. 1. vult intellectum
agentem habere actionem quandam circa phan-
tasma, nimirum illuminando illud, non formaliter,
sed obiectiue, hoc est, non per lumen in ipso
phantasmate receptum, quomodo illuminatur
aer, quod dici non potuit in phantasmate, nam ip-
sum materiale est, lumen autem intellectus agen-
tis est spirituale: non poterat ergo formaliter in-
haerere materiali phantasmati: illuminatio vero
obiectiua, inquit, contingit, quando ex assistentia
extrinseca luminosi aliquid in obiecto alio appa-
ret, & hoc modo ait Caietan. illuminatur phan-
tasma: vnde addit secundo per hanc actionem appa-
rere in phantasmate quidditatem rei materialis
sine conditionibus indiuiduantibus: sicque ante
productionem speciei intelligibilis astringit factam
abstractionem vniuersalis à singulari, quod vide-
tur sumptisse ex Henrico quodlibeto 4. quaest. 7. 8.
& 21. & quodlibeto 5. q. 14. ubi negando species in-
telligibiles, ait intellectum possibilem speculari
quidquid est in phantasmate relucens vniuersali-
ter, sub lumine intellectus agentis. Addit tamen
tertio Caietan. phantasma dicto modo illumina-
tum reddi intelligibile in actu, ac producere spe-
cies intelligibiles in intellectu possibili: namq; an-
te eam illuminationem erat phantasma intelli-
gibile in potentia tantummodo, quia sufficiens non
erat ad mouendum intellectum. Hanc etiam Cai-
etani opinionem sequitur Iauellus 3. de anima, q.
3. de intellectu agente, & quidam alij praesertim de
Thomistis.

Sed est falsa opinio Caietani in vniuersum. Pri-
mo enim actio illa illuminatiua phantasmatum,
quam Caietan. ponit ante productionem speciei in-
telligibilis minime est intelligibilis: peto enim, an
per illam actionem fit aliqui impressum phantasma,
atque adeo an ipsum phantasma fit realiter
immutatum? Neutrum enim dici potest, nam to-
ta actio intellectus agentis est spiritualis: ergo ni-
hil materiali phantasmati imprimere potest: ergo
non immutat illud realiter: ergo nullo modo illu-
minat: quo enim modo intelligi potest, quod phan-
tasma, eodem modo, ac sine mutatione peristens,
aliter repraesentet, illuminatumque dicatur? De-
inde quae est assistentia illa intellectus agentis, vel
in quo consistit sua eius luminis spiritualis applica-
tio ad phantasma? Praeterea illuminatio illa
phantasmatum actio realis est intellectus agentis:
ergo per illam aliquid reale producit: ergo vel in
phantasmate, vel in intellectu possibili: non pri-
mum, ut probatum est. Si autem dicatur secundum:
ergo dicta illuminatio est ipsa speciei productio:
nam intellectus agens in possibilem, non agit nisi
speciem. Hinc etiam ostenditur, falsum esse secun-
dum Caietani dictum: tum quia si phantasma
nullo modo est mutatum, neque intellectus agens
habet actionem realem circa illud: plane non po-
test eius representatio variari: tum quia reprae-
sentatio phantasmatum permanet semper mate-
rialis: ergo semper est rei singularis: tum tertio,
quoniam repraesentari vniuersale abstractum ni-
hil aliud est, quam repraesentari rationem com-
munem non repraesentatis indiuiduis conditio-
bus. Est autem hoc impossibile in phantasmate
materiali: ergo, &c. Tandem, si phantasma ipsum
repraesentaret vniuersale, phantasma vtrique posset

P vniuer-

2. Expositio
data resolu-
tioni ex
Caietano,
& alius tri-
bus dicto
continetur.
Primo.

Secundo.

Tertio.

Hos refert
Fons. 5. Me-
taph. c. 28.
q. 9. lect. 2.

Contrat.
Caietani
dictum.

Contra se-
cundum.

Contra-
tium.

vnuerſalia cōgnoscere: consequens autem falsum est: sequela probatur. Quia phantasia cognoscit quicquid per phantasma relucet: atque eo modo, quo relucet. Ex quo etiam constat, falsum esse tertium eiusdem Caietani dictum: nam phantasma semper materiale, atque in se immutatum perseverat: ergo non potest causare speciem intelligibilem seipso perfectiorem. Occurrit non quidem phantasia, sed naturam vniversalem in phantasia repræsentatam efficere speciem sui, sed non recte: etenim natura vniversalis nihil potest agere, nisi secundum illud esse quod habet: non habet autem esse in se, sed cum maxime in specie repræsentante: id autem totum est materiale: ergo, &c.

6 Omīssa ergo hac Caietani opinione, est alia satis vulgata, phantasma cum intellectu agente vniri tanquam instrumentū cum suo agente principali: atque vtrumque concurrere ad productionem speciei. Ratio ita asserendi hæc est. Nam constat phantasma necessarium esse ad productionem speciei: oritur ergo hæc necessitas ex concursu aliquo phantasmatis, alias quorsum ponetur necessarium, nullum autem alium potest habere cōcursum, quam effectuum, & instrumentalem: ergo, &c. Confirmatur. Nam species producenda est, vt vera obiecti similitudo: conuenit ergo, vt ex parte principij producturi detur etiam aliqua similitudo, quod per se satis manifestum videtur. Porro autem modus explicandi hanc opinionem est, quod sicut agens quodlibet principale primo vnitur suo instrumento, ac mediante illo inducit formam, ita intellectus agens coniungitur phantasmati per quendam virtutem contactum, & ita sibi coniunctum mouet, regit, virtutemque imperitiam efficiendam speciem, atque per hanc vnionem aiunt etiam quodammodo illuminari phantasma ab intellectu agente. Sic expositam opinionem amplectitur Capr. in 2. d. 3. q. 2. ad argumenta Durandi contra octauam conclusionem: Caiet. item 1. p. q. 55. a. 2. in fin. 3. p. q. 8. a. 1. & 3. de Anima, c. 2. & vbiunque communi via Thomistarum procedit, qua etiam procedit Ferrar. 1. contra c. 65. circa fin. & 2. contra, cap. 77. & 9. Apollinaris 3. de Anima, quæst. 6. Thienensis, c. 5. Iandunus quæst. 15. Egid. quodl. 5. q. 21. Albertus 2. de Anima, tract. 2. de intellectu, & intelligibili, c. 3. infinuatque S. Thom. multis in locis.

7 Habet hæc sententia easdem difficultates, quæ proinde multi ex posterioribus Thomistis deservunt, facit enim contra illam communis ratio, quod instrumentum inferioris ordinis non potest naturaliter attingere effectum perfectioris ordinis, ac tam superioris, quam est natura spiritualis ad materiale collata. At vero cruciantur Theologi, vt ostendant, quo pacto Deus de potentia absoluta possit mediante re materiali agere in spirituales, cum de ratione ignis in demones, animasque damnatorum disputant: qui ergo facile aliquid naturaliter poterit? Vnde Augustin. 12. super Genesim ad litteram cap. 16. Non est putandum (inquit) aliquid agere corpus in spiritum, tanquam spiritus corpori facienti materia vice subdatur, omni enim modo præstantior est qui facit ea re, de qua aliquid facit. Præterea quando dicitur phantasma in virtute intellectus attingere speciem spirituales, quid, quæso, additur phantasmati ex illa vnione ad intellectum agentem? Si nihil omnino additur, non plus efficiet, quam antea: si additur, aut erit res spiritualis, & hoc falso dicitur, quia spirituale recipi nequit in materiali, aut erit materialis, sicque eadem reddit difficultas: ergo, &c. Ad hæc inter phantasma, & intellectum agentem non potest cogitari alia, vel maior vnio, quam quod radicentur ambo in eadem anima, & supposito, tanquam instrumen-

ta illius, quod quidem Capreol. & Ferrar. supra vel inuiti concedunt. Nam quod fingitur vniri intellectum agentem phantasmati per assensionem, & contactum virtutalem, verba nuda sunt, quoniam re ipsa nullam aliam vnionem concipit intellectus præter dictam radicacionem, illa autem minime sufficiens est, quippe ex qua nulla virtus phantasmati accrescit: præterquam quod pariter inferri posset, eo ipso, quod phantasma radicatum est in anima spirituali, fieri potens ad causandam speciem in intellectu, atque adeo, necessarium non esse intellectum agentem. Patet illatio: quoniam si, aduersarij asserunt, intellectum agentem vti phantasmate, tanquam instrumento, phantasmaque fieri potens virtute illius: facilius certe dici posset ipsam animam immediate vti phantasmate, illiusque virtute spirituali potens euadere: neque enim obicit iuxta eosdem authores, imperfectum instrumentum concurrere ad perfectiorem effectum in virtute cause nobilioris. Vltimo arguuntur. Quia natura ordo postulat, vt ad productionem rei cuiusque destinetur virtus eiusdem vel superioris ordinis cum re producenda: ergo supra ordinem nature erit rem materiale assummi ad efficiendam spirituales. Et confirmatur: nam multo difficilius est, cæteris paribus, animam efficere spirituales effectum per instrumentum materiale, quam illam efficere mediante sola virtute spirituali: ipsa autem dispositio nature postulat faciliorem agendi modum, abhorretque difficiliorem: ergo, &c.

Ad hæc vero respondent quidam, in specie intelligibili considerari tum entitatem spirituales, tum etiam vim repræsentatiuam sui obiecti, atque vtriusque assignari debere efficientem causam: & intellectum quidem agentem efficere valere entitatem spirituales, non tamen vim repræsentandi, ad hæc enim requiri phantasma, quod hac ex parte minime vincitur ab specie producta: ad eum fere modum, quo libr. 3. cap. 9. a. 7. tradebamus de specie, & actu sensitiue cognitionis. Quam euasione indicat S. Thomas de veritate quæst. 10. art. 6. ad septimum, vbi ait effectum, speciem scilicet intelligibilem, relinqui in intellectu possibili secundum conditiones vtriusque, id est, intellectus agentis, ac phantasmatis, nam phantasma (inquit) efficit, vt species sit rei determinata.

Verum nec modus hic dicendi satisfacit: etenim quidquid in specie intelligibili re ipsa inuenitur spirituale est, ipsa etiam repræsentatio, quam necessario altiori modo fieri oportet, quam possit per phantasma: impossibile est ergo ipsum efficere quidquam in specie, siue partialiter, siue totaliter. Probatur consequentia: nam vel partialem actionem haberet phantasma propria efficacitate, vel in virtute intellectus agentis. Non primum, quia impossibile est rem materiale ex proprijs viribus efficere rem spirituales educendo illam de potentia spirituali subiecti, cum nullum agens transcendat in modo agendi modum sui esse: ergo res materiales, quæ in modo essendi extensa est, dependentiamque habet à subiecto, multo magis eam habebit in agendo. Secundum vero, quod nimirum in virtute intellectus agentis id præter phantasma, iam supra improbatum est. Confirmaturque ratione desumpta ex Sancto Thoma 1. part. quæstion. 45. articulo 5. Quæ apud illius Scholam saltem valeat: nam instrumentum quodlibet semper assumitur ad agendum, mediante aliqua actione sibi propria, & connaturali: prout in instrumentis naturalibus inductione, ac ratione vtriusque suaderi potest: instrumentum enim eleuari nequit ad actionem sibi superiorem, nisi ex se possit nonnihil circa ipsum effectum, sed res

SVAREZ
de Angelis, opus
6. d. 1. et
anima.

FROM TOM

D. V. 2

Difficile
tamen po-
terioribus
aliis.
Primo.

Secundo.

Tertio.

res materialis ex se nihil potest agere circa rem spiritualement, neque habere actionem propriam circa illam: ergo neque ut instrumentum valet ad illam actionem eleuari.

10 *Ultima expositio probabilior.*
Propter hoc ergo nonnulli etiam ex Thomistis aiunt phantasma non concurrere effectiue, sed materialiter ad productionem speciei, solumque intellectum agentem illam efficere, quod non ita intelligunt, ut ipsum phantasma sit materia, ex qua educatur species, id enim impossibile esset. Primo, quia spiritalis forma educi nequit ex subiecto materiali. Secundo, quia forma inde educitur, ubi recipitur: species autem non recipitur in phantasmate, sed in intellectu possibili: ergo de potentia talis intellectus educitur, non autem de potentia phantasmatis. Neque rursum dicitur phantasma materialiter concurrere, quasi existat propria materia, circa quam operatur intellectus agens, hic enim operatur circa subiectum, in quo eius actio recipitur, recipitur autem in intellectu possibili: non in phantasmate: ergo, &c. Dicitur ergo phantasma materialiter concurrere, eo quod præbet veluti materiam intellectui agenti ad efficiendam speciem intelligibilem. Quæ opinio rectè explicata videtur in præsentī probabilior.

11 *1. Afferio in gratia propria expositio.*
Sit ergo conclusio prima. Intellectus agens nunquam efficit speciem, nisi à phantasia cognitione determinetur. Hæc patet ex dictis, & experientia illa, ex qua philosophus collegit oportere intelligentem phantasmata speculari. Ratio autem esse potest: quoniam intellectus agens indifferens est ad efficiendas species: ut ergo efficiat has vel illas, eget aliquo determinante: nihil est autem à quo possit determinari, nisi sensitiua cognitio, quare, &c.

12 *1. Afferio bifida.*
Secunda conclusio. Prædicta determinatio non fit per influxum aliquem ipsius phantasmatis, sed materiam, & quali exemplar intellectui agenti præbendo, ex vi vnionis, quam habent in eadem anima. Prima conclusio pars probata relinquitur ex dictis circa refutatas opiniones. Secunda vero explicatur etiam ex dictis de sensib. interioribus libro tertio, capite nono. Nam ad eum modum, quo ibidem postremo loco dixi fieri species in interiori sensu, iudico fieri in intellectu: est enim notandum, phantasma & intellectum hominis radicari in vna eademque anima: hinc enim prouenit, ut mirum habeant ordinem, & consonantiam in operando, vnde (quod patebit infra) eo ipso quod intellectus operatur, imaginatio etiam sentit: ad hunc ergo modum arbitror intellectum possibilem de se nudum esse speciebus, in esse tamen animæ rationali vim spiritualement ad efficiendas in intellectu possibili species earum rerum, quas per sensum cognoscit, ipsa sensibili cognitione minime concurrente efficienter ad eam actionem, sed habente se instar materiæ, aut excitantis animam, aut vero ad instar exemplaris; atque ita fit, ut anima cum primum phantassando cognoscit rem aliquam, per virtutem spiritualement, quam intellectum agentem vocamus, quasi de pingat rem eandem in intellectu possibili, atque adeo per actionem transeuntem, quæ proinde cognitio non est. Conclusio sic exposita haberi videtur ex Diuo Thoma prima part. question. 84. art. 6. in fine corporis. Non potest (inquit) dici, quod sensibilibus cognitio sit totalis, & perfecta causa intellectualis cognitionis, sed magis quodammodo est materia causa. Ratio vero pro eadem conclusione sumitur à sufficienti partium enumeratione, quoniam alij modi dicendi impugnantur sufficienter, & nulla restat via assignandi phantasmatis necessitatem: ergo, &c. A simili etiam potest explicari, tum in sensibus interioribus, tum in potentijs appetitiuis: est enim appetitus totalis causa sui actus, ut infra

Francisc. Suarez de Anima.

dicitur libro quinto, capite tertio pendensque præsuppositiue tantum in operatione sua à potentia cognoscente: si namque cognitio non præcedat, agere appetitus non potest: posita autem cognitione exercitatur per se appetitus ad operationem propriam.

Contra hanc conclusionem facere videtur S. Thom. 1. part. quæst. 85. a. 1. ad 3. dum dicit, phantasma virtute intellectus agentis imprimere speciem in intellectu possibili. Idem potest colligi ex q. 84. artic. 6. ad 1. & 2. contra gentes, cap. 77. & alibi aliquoties, & de veritate loco supra citato vocat phantasma instrumentum productionis speciei. Ratione quoque arguitur. Nam si phantasia nullam efficientiam haberet, intellectus agens posset efficere species sine phantasmate. Patet consequentia: habet enim virtutem actiuam sufficientem, & in ea actione agens naturale, & passum (quod est intellectus possibilis) sufficienter approximatur: neque vlla ibi apparet indispositio: sequetur ergo effectus sine phantasmate. Sed contra hoc palam arguitur: nam agens vniuersale nō determinatur ad specialem effectum, nisi à causa particulari, vel ab instrumento aliquo, vel certa quapiam passi dispositione: phantasma autem non est dispositio passi: ergo si determinat, id sanè præstat, ut instrumentum coagens cum intellectu agente, quod est impugnatum. Ad Diuum Thomam responderetur ipsum loqui latè de ratione instrumenti, quia n. phantasma aliquo modo concurrat, & determinat intellectum agentem, ideo dicitur mouere, vel instrumentum esse in eo opere: remota tamen, nec admodum proprie. Ad rationem dicendum agens etiam vniuersale determinari posse ab aliquo tanquam exemplari, atque hanc determinationem phantasmatis ad exemplarem reduci: licet enim actio libera non sit, cognitionem tamen supponit, ac fit ab anima, mediante illa, suo modo. Secundo dicendum, in potentijs animæ esse modum alium determinationis in quantum vna potentia preparat materiam alteri: vel in quantum actio vnius potentie habet necessariam connexionem, & coniunctionem cum actione alterius, atque huiusmodi esse hanc, de qua disputamus.

Tertia conclusio. Intellectus agens, ut sic, nullam aliam actionem habet, quam speciei intelligibilis effectiōnem diuersis nominibus significatam. Ad probationem est notandum intellectui agenti triplicem tribui operationem: primam illuminare phantasmata: secundam efficere res actu intelligibiles: tertiam abstrahere species à phantasmatibus: solet etiam quarta tribui, illustrare scilicet prima principia, de hac tamen quid sit dicendum infra tangetur. Nunc verò de solis tribus agimus, quarum meminit S. Thomas 2. cont. gentes, cap. 77. ubi ait inesse animæ vim actiuam in phantasmata facientem ea intelligibilia in actu, quam actionem eius discipuli volunt esse illuminationem phantasmatis. Et infra addit animam intellectuam esse in potentia ad similitudinem rerum, non quales sunt in phantasmate, sed quales eleuantur ad aliquid altius, id est, quales inde abstrahuntur. Eadem doctrina colligitur ex locis supra citat. num. præcedenti, & ex Commentatore in 3. de anima, textu 17. & 18. qui id colligi putat ex Aristotele eo loco. Easdem operationes agentis intellectus omnes Thomistæ agnoscunt: & fere Doctores cæteri: neque ego inficior. Esse autem tres distinctas non existimo, sed vnā, & eandem diuersimode nominatam, quod probo explicando singulas.

Etenim illuminatio phantasmatis actio non est circa ipsum, ut num. quinto, contra Caietanum ostendimus: ergo si aliqua actio est phantasmata-

Obiectio 1.

Obiectio 2.

Ad 1. obiectiōnem.

Ad 2.

14. 3. Afferio.

Notatio triplicis muneris intellectus agentis pro afferione.

Hæc munera non res, sed nomina tria sunt.

Des. muneris.

tum illuminatio, plane non nisi circa intellectum possibilem exercetur: circa talem vero intellectum nullam aliam actionem exercet agens præter speciei productionem: ergo hæc ipsa est actio, quam dicimus phantasmatum illuminationem sic appellatam, quia per illam apparet intellectui, quod in phantasmate representabatur: atque hoc modo intelligitur facile eiusmodi actio, alia vero quæcunque afferatur, ficta est, ac minime intelligibilis. Scio S. Thomam dicto cap. 77. libr. 2. contr. Gentes, appellasse intellectum agentem actuum circa phantasma, & subdidisse actionem intellectus agentis circa phantasmata præcedere receptionem intellectus possibilem, ac 1. part. quæst. 85. a. 1. ad 4. scripsisse, quod phantasmata illuminentur ab intellectu agente, & iterum ab eis per virtutem intellectus agentis species intelligibiles abstrahantur: viderique proinde S. Doctorem distinguere actionem circa phantasmata ab actione circa intellectum possibilem, & illuminationem hæc ab speciei productione. Nihilominus verus sensus est, quem proposuimus, ad ipsumque verba Sancti Thomæ sunt trahenda, vel certe non sunt in rigore accipienda.

16
De 2. m. u. e
re quæ un-
dam existi-
matio.

Iam ad intelligendam secundam actionem, est notandum, dupliciter dici rem quampiam intelligibilem potentia nimirum, & actu, quod ex sensibilibus explicari potest: dicitur enim aliquid visibile in actu, eo quod est actu immutatum visus secundum actualem dispositionem, ut color luce iam perfusus: visibile vero in potentia dicitur, quod secundum actualem dispositionem, quam habet, non potest immutari visum, si tamen disponatur, poterit immutari, ut color in tenebris. Sic in præsentia res quælibet veram habens entitatem intelligibilis est: ac si sit in actualem dispositionem ad mouendum intellectum, dicitur actu intelligibilis, & huiusmodi sunt res præ spirituales: si vero non sit in tali aliqua dispositione ad mouendum intellectum, dicitur in potentia intelligibilis, cuiusmodi sunt res materiales, quæ si dicuntur actu intelligibiles virtute intellectus agentis: quod quidem Thomistæ nonnulli sic explicant, ut intellectus agens illuminando phantasmata det illis virtutem ad mouendum intellectum, sicque reddat materiam in phantasmate representatam actu intelligibilem, quod etiam volebat Caietanus, ut supra vidimus. S. Thomas quoque 2. contra Gentes, cap. 62. ratione tertia scribit, intellectum pati, & recipere speciem ab intellectu in actu, & questione de Anima, art. 15. intellectum agentem, per phantasmata actu iam intelligibilia effecta, causare efficientiam in intellectu, imo Aristoteles lib. 3. textu 2. & 3. affirmat: si ipsum intelligere sit, ut sentire, aut pati quoddam, id certe ab intelligibili, aut tali aliquo provenire.

17
A. A. v. u.
inducim.

D. Thomas
e. i. fau.

Sensibile ali-
ter immu-
tat poten-
tiam, ali-
ter intelli-
gibile.

Ego vero certum puto, non aliter fieri rem actu intelligibilem, quam per productionem speciei, in qua res spiritualiter representatur, quod ex dictis patet: namque in ipsum phantasma nullam propriam actionem habet intellectus agens, neque etiam phantasma actu concurret ad productionem speciei. Vnde S. Thom. 1. p. quæ. 54. art. 4. ad 2. docet intellectus agentis esse illuminare intelligibilia in potentia, quatenus per abstractionem ea intelligibilia in actu efficit: est autem certum intellectus agentis abstractionem fieri per productionem speciei: quare per illa verba aperte significat Sancti Thomas tria munia supra dicta non esse tres actiones, sed esse unam. Vnde notanda est differentia in modo, quo sensibile in actu immutat: effectue nimirum, & formaliter: nam & speciem efficit in sensu, & species ipsa, in qua ipsum sensibile representatæ continetur, formaliter immutat sensum in formando ipsum. At vero res intelli-

bilis non immutat intellectum nostrum effectue: quia actu, & in se intelligibilis non est: immutat tamen formaliter, per speciem, in qua continetur spiritualiter: atque ita possunt exponi alia Divi Thomæ adducta loca, & Aristotelis, vel certe exposti, quod intelligibile in actu moveat intellectum, non ad actum primum, sed secundum: constat ergo rem non aliter fieri actu intelligibilem ab intellectu agente, quam quia modo aliquo sit spiritualis: sit autem huiusmodi in speciei productione.

De tertia tandem operatione, id est, abstractione est observandum, speciem non dici abstrahibilem, vel abstrahi a phantasmatis, quæ ipsa species prius esset immixta phantasmatis, unde postea separatur ab intellectu agente, ac transferatur in possibilem. hoc enim puerile esset cogitare, quo enim modo spirituale mixtum esset materiali: quo item migraret accedens de subiecto in subiectum. Intellectum ergo abstrahere speciem, nihil est aliud quam virtute sua efficere speciem spirituales representantem eandem naturam, quam phantasma representat, modo tamen quodam spirituali: illa que eleuatio à materiali representatione phantasmatis ad spirituales representationem speciei intelligibilis dicitur abstractione: ex quo aperte constat abstractionem non esse actionem distinctam à productione speciei: atque ad hunc modum intelligendum est, quod Aristoteles libro tertio, text. 32. & 39. indicat, obiectum intellectus agentis esse phantasma, hoc est, rem esse, quæ in phantasmate representatur, non prout ibi, sed prout iam in specie representatur, sic deinde intelligitur, quod capite quinto ait, intellectum agentem comparari ad possibilem, sicut artem ad materiam, quia sicut per artem recipit materia formam, ad quam solum erat in potentia, ita intellectus possibilis recipit ab agente species ad quas similiter erat tantum in potentia, de quo S. Thomas 2. contra Gentes, cap. 76. 77. Patet vltimus ex his supra posita conclusio: patet quæ sit necessitas, quod munus, quæ actio intellectus agentis, ac denique quod sit eius obiectum: nimirum species intelligibilis: supra enim dictum est, obiectum potentie actiue esse id, quod potest efficere: cum ergo intellectus agens potentia actiua sit, eius obiectum erit forma, quam valet producere: hæc autem est intelligibilis species: quare, & c. De ipsa vero virtute quid sit, infra dicitur in 8. capite.

CAPVT III.

An intellectus noster in rebus materialibus cognoscat singularia, an vniuersalia tantum.

Postquam expositum est, quid sit obiectum commune intellectus, & quomodo intellectui vniatur, oportet in particulari exponere, quæ ratione intellectus percipiat, quæ sub tali obiecto continetur: hæc autem sunt materialia, & immaterialia, ac medium inter illa, quod est anima nostra, & quæ ei insunt, de quibus ligillatim est dicendum: ergo circa res materiales propostio, quæstio difficultatem habet, quoniam Aristoteles secundo de Anima, cap. 5. constituit differentiam inter intellectum, & sensum, quod sensus sit singularium, intellectus vniuersalium. Eandem distributionem refert 1. posteriorum, cap. 20. 5. Metaph. cap. 9. ex qua colligi videtur, sicut sensus est singularium, & non vniuersalium, ita è conuerso quod intellectus sit vniuersalium, non singularium, quod sic exponit, sequiturque Alexander Aphrodis. 1. de intellectu agentis: ac ratione arguitur. Nam